Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tatis Juramentum, quoniam semper vi contractus feudalis praestitum intelligitur. Socin: sen: d: cons: 257. col. 2. Vers: aliquando lib. 3. Tiber: Decian: d. respons: 58. n. 47. Vol. 2. Et ideo non est signum proprij feudi praestatio Juramenti, cum etiam ex consuetudine de omni alio Improprio feudo praestetur, ut eleganter scribit Bald: cons: 227. Vol. 1. in nouis Burs: cons: 4. n. 11. & 13. cum pluribus per eum allegatis.

Eingleich gestallt hat es auch mit dem nachfolgenden Sibenden Widerigen Argument. Nam seruitiorum feudalium praestationem non impedire foeminas, quo minus feuda consequi ac per mares seruitia praestare possint, vel ex eo similiter manifestissimum est, quod alias nullo casu feudi capaces esse possent, per not: Menoch: d: cons: 65. n. 32. cum segg: usq; ad n. 37. inclusiue & n. 16. & ideo probatione aliqua hoc loco opus non est:

Deinde etiam Inuestituræ horum feudorum nihil tale continent, quod foeminam impedire possit, ne feudum obtinere queat. Nec enim aperte promitti consueuit, ne vasallus in acie Dominum periclitantem deserat, sicut in specie promitti necesse est, per Socin: sen: cons: 257. col. 2. Vers: Et licet lib. 2. Tiber: Decian: d. respons: 58. n. 39. Vol. 2. Vbi

plurimos